



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereinen der Johanniskirche
auf dem Schlosse zu Tangermünde eine Getreidehebung, im Februar
1271.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

papa Eugenio anno II. Odalrici episcopi uenerabilis secundo electionis et ordinationis illius feliciter, Amen.

Nach Falke, Tradit. Corbecenses S. 768.

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad verzeihen der Johanniskirche auf dem Schlosse zu Tangermünde eine Getreidehebung, im Februar 1271.

Johannes et Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgenses Marchiones, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Humani generis est, preteritorum obliuisci . . . memoria decet eam uoce testium et litterarum testimonio adiuuare. Hinc est quod notum esse uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ecclesie sancti Johannis in castro Tangermunde ad excitationem diuini operis Deo perfectius et commodius faciendam, dedimus unum chorum siliginis, qui in bonis Nicolai, dicti Scemar, jacet, cum omni iuris plenitudine pro nouem marcis argenti perpetuo possidendum. In cuius rei evidens testimonium dari iussimus presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Adhibitis testibus infra scriptis, scilicet Domino Anselmo de Blankenborch et Domino Bertramo de Bentz, Jo. de Wulterhusen et Domino Baltone et Domino Gerardo de . . . Datum Borstalin merica, Anno Dni. MCCLXXI^o. . . . bruarii.

Gerden's Cod. II, 349. 350.

IV. Markgraf Woldemar erläßt Anordnungen wegen des Nachlasses der zu Tangermünde, Stendal, Werben, Wollmirstedt und in der Umgegend verstorbenen Geistlichen, am 23. Juni 1310.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landeberg Marchio, Tutorque Incliti Johannis de Brandemburgh Marchionis, Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et de bono in melius proficisci. Quum auctori seruitii eterno uerum etiam factis non solum uerbis sollertius possit et debeat augmentari testante Domino apostolo, qui dicit, Exemplum dedi uobis etc. in quo sane potest colligi nobis ipsius tradita domini Instructio, ut sequamur scilicet uestigia eius, cuius reuera Christi actio nostra dignoscitur fore informatio, et si minimum iubemur extollere, quando dicitur, Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, quanto magis eos quorum supremus ille artifex in sortem suam et ministerium deputare dignatus est, perfecte aliis honoribus et commodis incitabimur, ut temporalibus subsidiis extra sufficienter aduti, excusso omni finistre prauitatis timore intus fiducialius appetant sempiterna. Habita igitur plena et exacta discretorum deliberatione, vniuersis Clericis in Decanatibus scilicet in-